



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 118. Palinodia Arnoldi de Bornossio Ord. FF. Eremitarum S. Augustini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

mis profanorum Scriptorum citationi- Sæcul. XVI  
A.C. 1523.  
bus refertam. Adscribuntur etiam  
eidem quædam Homiliæ , expositio  
hymnorum & Orationum , quæ in  
Ecclesia decantari solent. Præterea  
quosdam ex epistolis D. Pauli , S. Petri  
& SS. Jacobi & Joannis , necnon ex  
Prophetis textus dilucidavit , ac collec-  
tionem Homiliarum in Evangelia scri-  
pisse fertur.

§. CXVIII.

*Palinodia Arnoldi de Bornossio Ord.*

*FF. Eremitarum S. Augustini.*

Hoc anno die septima Mensis Julii Pa- Argent. Col.  
ter Arnoldus de Bornossio ex Ordi-  
nne FF. Eremitarum S. Augustini Theo-  
logiæ Doctor ex Parisiensis Facultatis  
Theologicæ jussu quasdam revocavit  
p. 403.  
Dupin. Bibl.  
des Aut. Ecc.  
t. 12. p. 213.  
propositiones , quas in Scholis epistolam  
D. Pauli explicando protulit. Erant  
autem sequentes : I. *Videtur post contri-*  
*tionem & satisfactionem Deus a peccatori-*  
*bis nullam requirere pœnam aut satisfaç-*  
*nem, eoquod Christus sufficienter pro pecca-*  
*tis nostris satisfecisset, & debitam persolvif-*  
*set pœnam. II. Videtur, non fieri in di-*  
*missione culpæ mortalis commutationem pœ-*  
*nae æternæ in temporalem, sed potius ubi*  
*culpa dimititur, simul & merito passionis*  
*Christi omnis pœna tollitur. III. Non pro-*  
*pter*

**S**ecul. XVI. pter alia peccata poni debet purgatorium,  
A.C. 1523. quam propter peccata mortalia oblita, &  
 venialia, de quibus nulla habetur contritio.

**I**V. Nec libri Machabaorum, in quibus de  
 purgatorio fit mentio, de Canone sunt apud  
 Ecclesiam.

Cum igitur Facultatis Doctores per-  
 bene nosset, hasce propositiones die  
 sexta Julii post meridiem ab hoc Reli-  
 gioso publice tradendas, ideo illum ho-  
 ra matutina die lunæ adesse jusserunt,  
 præcipientes, ut has propositiones nulla-  
 tenus proferret, sed D. Paulum juxta  
 mentem Ecclesiæ explicaret.

Cum vero Religiosus huic manda-  
 to integra sive non obsecundasset, Do-  
 ctores circiter numero quadraginta, cum  
 ex ejusmodi doctrina Auditorum non  
 paucos fuisse offensos comperissent, al-  
 tera die, quæ erat feria tertia, hora se-  
 ptima congregati unanimi omnium con-  
 sensu decreverunt, quod hic Religiosus  
 eadem die in lectionibus suis, quibus  
 Decanus aliquique Deputati, necnon Uni-  
 versitatis Ministri Apparitoribus ( Bi-  
 dellos vulgo vocant) virgas suas tenen-  
 tibus adessent, clara voce, eoque tenore,  
 quo præscriberetur, rursum doctrinam  
 suam revocaret: si vero id renueret, ei  
 poena perjurii, ac perpetuae expulsionis  
 a Facultatis gremio indiceretur, si ta-  
 men

men vero adhuc pertinax perfisteret, *Sæcul. XVI.*  
ad graviora juris remedia recurreretur. *A.C. 1523.*  
Attamen Frater Arnoldus se doctrinam  
suam revocaturum spoondit: Ergo ho-  
ra præstituta Decanus aliique duodecim  
Magistri Fratrum Augustinianorum Con-  
ventum accedunt, eisque, atque aliis  
Viris genere, ac scientia conspicuis præ-  
sentibus Arnoldus retractationem suam  
perlegit hunc in modum: *I. Post contri-  
tionem & confessionem a peccatoribus regu-  
lariter Deus pænam requirit satisfactoriam.*  
*II. In remissione culpæ mortalis pæna æter-  
na in temporalem commutatur.* *III. Pur-  
gatorium asseritur non solum propter pec-  
cata oblitera, & venialia non contrita, sed  
& propter alia, de quibus nondum Deo ple-  
ne satisfactum.* *IV. De libris Machabœo-  
rum satis exploratum est, pro Canonicis il-  
los haberi. Jubebatur insuper profiteri,  
Ecclesiam Universalem nunquam errasse in  
fide, nec unquam docuisse, quod Virgo glo-  
riosa fuerit concepta in peccato originali.*

## §. CXIX.

*Ludovicus de Berquin hæresis ac-  
cusatus.*

Eadem Facultas hoc anno itidem dam-  
navit libros Ludovici de Berquin.  
Is erat Nobilis Flander, seu potius Ar-  
thesinus, Vir ceteroquin probus, in ami-  
*Beze hist.*  
*Eccl. I. 1.*  
*Cre/pin. rit.*  
*martyr. E-*  
*ras. I. 24. ep.*  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. B b cos I. 30. ep. 48.*